Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26334
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tes altiores sunt principes sacerdotum, id est episcopi. Super
quos iterum sunt archiepiscopi, et super illos qui
dicuntur primates. Super quos quidam patriarchas
constituere voluerunt. Alii eosdem primates
et patriarchas dicunt. Hos tamen quatuor
tantum ex antiquo ecclesie usu patriarchas no
minatos invenimus, id est Alexandrinum, Ie
rosolimitanum, Antiochenum, Aquileien
sem, et qui postea Grandensis dictus est. Non for
te secundum proprietatem linguarum idem ipsi ali
bi patriarche alibi primates appellantur.
Post hos omnes sequitur summus pontifex quem
papam, id est patrem patrum, consuetudo ecclesiasti
ca nominare instituit. Hic est principalis
et maximus sedis apostolice in ecclesia Romana
successor; unde et ipsum specialiter apostolicum
sancta ecclesia nominare consuevit. Cui vice
Petri principis apostolorum presidenti omnis ec
clesiasticus ordo obtemperare debet, quia solus
prerogativa dignitatis claves habet ligan
di omnia et solvendi super terram. Isti igitur or
dines sacri diversis locis per orbem terra
rum quacumque sancte ecclesie corpus diffusum
est disponuntur, non solum voluntaria ordi
natione spiritualium patrum, sed ex ipso quoque gentili
tatis usu convenienti ratione assumpta. In il
lis siquidem civitatibus ubi olim gentiles
flamines suos constituere consueverant,
ibi nunc episcopi sunt ordinati. Ubi vero archi
flamines dispositi fuerant, archiepiscopi
successerunt. Lege librum Clementis,
illic invenies quomodo beatus Petrus per
diversa orbis terrarum loca principes
ecclesiarum disponi instituit. Septem igitur spiritua
lium officiorum gradus perinde in sancta ecclesia
secundum septiformem gratiam distributa
sunt, quoniam dominus Ihesus Christus eiusdem spiritus pleni
tudinem habens omnia in semetipso
exhibuit, et corpori suo ecclesie imi
tanda reliquit, cui ipsius spiritus partici
patione concessit. In hos septem gradus

De hostiariis.

spiritualis officium, primus est eorum qui hostia
rii dicuntur, qui in veteri testamento olim
ianitores vocabantur. Ad officium osti
arii pertinet claves ecclesie ut claudat
et aperiat horis competentibus templum
dei, et omnia que sunt intus extraque custodiat,
fideles recipiat, excommunicatos et
infideles eiciat. Hostiarius cum or
dinatur, postquam ab archidiacono
instructus fuerit qualiter in domo
dei debeat conversari, ad suggesti
onem archidiaconi tradit ei episcopus
claves ecclesie de altario dicens ei:
Sic age quasi redditurus deo ratio
nem pro his rebus que his clavibus reclu
duntur. Hoc officium dominus in sua perso
na suscepit, quando flagello de
funiculis facto vendentes et emen
tes in templo eiecit. Ipse quippe
hostiarium dicit: Ego sum ostium; per me
si quis introierit ingredietur et egredi
etur et pascua inveniet.

De lectoribus.

Secundus gradus est lectorum, qui formam
et initium a prophetis accepit. Sunt enim
lectores qui verbum dei annuntiant, quibus
dicitur: Clama, ne cesses, quasi tuba exal
vo. t. Isti cum ordinantur primum de eis